

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis


Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CLIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

tris minutam decimam villæ nostræ Linckenheimb in omnes annos eorum
 usibus profuturam; ne autem dominis aut cœnobio sæpe dicto, de no-
 stris successoribus aliqua calumnia possit imposterum suboriri præsentem
 cedula[m] signavimus & eam habere nostri sigilli facimus firmitatem.
 Acta sunt anno Domini MCCLXX. secundo, in castro Grecingen Fer. 4.
 festo quatuor temporum, circa festum Sancti Apostoli Matthæi.



CLIII.

RUDOLPHUS MARCHIO BADENSIS CONCILIATUR
 CUM IIS, QUI MUNITIONES SELSE ET SELDE-
 NOWE DESTRUXERANT.

A N N O M C C L X X I V.

Ex Cod. dipl. membr. Civit. Argent. de Anno 1370. Fol. (a)

Nos RUDOLPHUS *Marchio de Baden* ad univerforum notitiam vo-
 lumus pervenire publice profitentes, quod nos universis ad deva-
 stationem munitionum nostrarum Selse & Seldenowe cooperantibus qui
 ex jussu & mandato serenissimi Domini nostri Rudolphi Romani Regis ad
 hoc venerunt, videlicet E. & F. Comitibus de Liningen, H. Comiti
 & filiis suis, W. et E. Comitibus de Geminiponte, domino Ph. de
 Bonlandia, domino H. de Fleckenstein, Hundi, H. fratri suo Store
 Symoni

(a) Legitur quoque hæc Charta in WENCKERY *appar. & instruct. archiv.* p. 180.

Symoni Civibus Argent. ac toti Civitati nunc & imposterum de hujusmodi commisso, de quo prædictum est, firmam reconciliationem dedimus promittentes nihilominus in hiis scriptis, quod nos si quid contra quemquam a tempore creationis serenissimi domini nostri Rudolphi Romanorum Regis indebite acceptavimus coram eodem domino nostro rege cum requisiti fuerimus, universis justitiam faciemus, ita quod & ipsi nobis justitiam ibidem de eis, si qua contra ipsos nobis proponere competit, e converso facere sint parati. Datum anno domini MCCLXXIV. Dominica proxima post festum S. Jacobi Apostoli. In cujus facti evidentiam nostro sigillo roboravimus presens scriptum.



CLIV.

URBIS BRISACENSIS JUS CIVILE A RUDOLPHO I.
IMPERATORE DEFINITUM.

A N N O M C C L X X V.

Ex autographo Brisacensi.

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, regie Majestatis ordinatio de qua leges manant, per quam consuetudines subsistunt, subscripta Jura suis contradidit incolis, ut his contenti pacatam vitam habeant eorumque contemptores legum examine punian-

Cod. Dipl.

K k